

# MONOCHORDVM,

*Sive Tractatus*

# DE RATIONE HAR- MONIÆ MVSICÆ.

*In quo*

Certâ mensurâ, numeris decisâ, non  
solum concordantium sonorum vulgarium naturalis proportio;  
verum etiam omnium semitoniorum tam consuetorum,  
quam quæ arte excogitari possunt, ratio ad  
oculum quasi demon-  
stratur.

*Breui & perspicuo compendio elucubratus, & v-  
sui publico in lucem datus*

A

## MICHAEL KELLERO,

*Nisseno Silesio, nunc temporis Niss:  
Gymnasij Rectore.*



*IMPRESSUM NISSÆ, APUD JOANNEM  
SCHVBART. ANNO M. DC. XXXVI.*



Illustrissimo Domino, Domino.

GEORGIO LUDOVICO LIBER  
O BARONI à STAHR ENBERG ET SCHOEN-  
biel, Domino in Bilitz, Fuchsbynckl, Weisbach, &c. Sac: Cæs: Ma-  
jestatis Camerario, Ejusdemq; Imp. & Cam. vti & Ser.mi Principis CA-  
ROLI FERDINANDI, Episcopi Vratisl: Consiliario, &c.

Nec non

Nobili, Strenuo atq; Clariſſimo Domino

BALTHASARI HENRICO AB  
OBERG, IN WIESAV, KALCKAV  
ET BRIESEN.  
S. CÆS. M. CONS.

Vtrisque

Illustrissimi Supremi per utramq; Sileiam Capitanci  
CONSILIARIIS.

S.

**M**ONOCHORDUM, SYMPHONIAE  
Musicæ fundamentum, ipsiusq; Concordia sua-  
viſime ſymbolum Vobis, Domini ac Patroni Coa-  
lendifſimi, dico atq; offero, Tempore quo potiſſi-  
mum à patrijs oris Concordia procul effugata  
bonis quibusq; cum gemitu exoptatur, Vobis, inquam, qui in  
care-

*ea reducenda concordi conflitio & remuè laboratis. Manuscu-  
lum prima fronte simplex. in recessu infinitis modularum sca-  
zens varietatibus, inexplicabilem spirans dulcedinem. Non  
ingrata erit (ut spero) inter pacis Consilia bac imago Con-  
cordie. Id proinde, Domini ac Patroni Honorandissimi, quod  
offertur, ut serenis frontibus acceptum babeatis rogo, simul q-  
voueo, ut istiboc velut fausto omne future Concordia Consilijs  
Vestrīs Resp. omnesq; ejus ordines, adeoq; summa queq; cum  
infimis in dulcissimam Harmoniam redeant.*

**Illust; Nobil; ac stren; Dominat. V.**

**Servus & Cliens**

**Michaël Keller.**

# AD LECTOREM.

**N**TIBI, LECTOR CANDIDE, PRINCIPIA & rationes Musice ex natura penitralibus eruta, non solum aurium judicio, sed etiam oculis manifeste presentata, atq; etiam intellectui numerorum proportionibus intallibilibus propposita. Patefacta hanc ad noturam via plana est, & facilis. Proportiones, quas Harmonicas vulgo vocant Geometras, nihil hanc ad rem facient. Sapè namq; illæ iater se cum credunt Harmonicas, nullam vobis Musicorum Harmoniam parciunt. Proportiones in usum nostrum veniunt Geometricæ faciliores, & si luber, rudiores, exactæ & tempos. Quorum prima quidem jecit fundamenta Pythagoras, quibus omnes fermè usq; ad ætatem nostram contenti tuere. Ego cupidus inveniendi reliquas, quæ desiderabantur, sonorum proportiones, Monochordon modo transcripsi fabricavi, in tot partes & quales, quorū huic inquisitioni sufficiētes magisq; commodes credo, tecum; eo consilio, ut singuli tonitus, eorumq; interualla, per numerosia Monochordo prius computari, ioueniri & monstrari possent, ante quam aures de his consulenterentur. Hinc ea, quæ hoc tractatulo communico, vera & indubitate deprehendi, adeo, ut auditus sonorum iudex nunquam ad eum subtilitatis apicem possit condescendere, quantum mihi numeri praetiterunt. Porro hæc mea lucubratio non solum naturæ Musice speculatoribus, verum etiam Organoprasis ad justam instrumentorum proportionem haud leuiter inserviet. Admirare stupendam Summi Creatoris hac in re sapientiam! Ex te tam simpli- ci, mora seu collisione tremula uniformi, variè temperata tantam prodire concordanterem, dulcedinem, varietatem! Mirabilia & in-

numerabilia, etas nostra, summorum artificum secunda, prout  
lit canticorum artificia: At haec vniuersa ex dicto principio, quod  
nullius p[er]petui momenti prima fronte est, profluunt & componun-  
tur. Decreueram hujus editionem tantisper differre, donec opere  
pleniore motus naturæ varios consignarem, & mechanicè itidem,  
ut haec demonstrarem. Interrupperunt filium studiorum meorum  
tempora, præter votum; minus propitia. Haec proinde seorsim,  
studiose Lector, interim Tibi offero. In quibus tam[en] nolim ver-  
botum apparatum, exquisitas subtilitates atq[ue]; intricatos labiryn-  
thos queras, quos hoc in dicendi genere dictat Logica. Tractem  
ista, quibus plus curæ est videri, quam esse. Rem propono nudam,  
ut fieri potest, atq[ue]; simplicem. Diligenter euolue, computa, per-  
pende. Erit quod delectet. Patefiet campus hinc divisionum lau-  
dum apertior, quem ingressus, corde, voce & organo Optimi &

Immensi Creatoris laudes concine, donec sublimiores

Angelicas Harmonias aliquando audi-

re & discere merearis.

Vale.



DE



# DE RATIONE HAR- MONIÆ MVSICÆ.

## CAPVT PRIMVM.

### Quid? & quotuplex sit sonus?

**E**xperimento constat sonum effici ex corporum concusione, unde tremula reciprocatione vicina corpora, presertim solida ad hoc disposita, agitantur, ipsumq; aërem adjacentem pari quasi fluctuatione afficiunt: qui motus cum Auditus organa, utpote mobiliora commouet, auribus percipitur. Nervos & Chordas instrumentorum Musicorum crebrà reciprocari & vibrari agitatione, dum sonant, in conspectu est. Et quod tremor Chordarum in Fidibus & Cytharis, id fluctuatio aëris, labra orificiorum verinq; pulsantis, efficit in fistulis. Nonnulli sonum definientes inquiunt, eum esse aëris repercussionem. At intellige, non quemuis motum aut ictum aëris sonitus nomen obtinere, oportet enim tam intensum esse, ut auditum moucas. & agitatio requiritur ad sensum nostrum celeritate proportionatâ, maximè ad Harmonicum sonum

sonum constituantem. Sicut enim reciprocatio justa lentiō tremor potius fragrosus quam sonus dicereatur, argumento à maximis Organorum Musorum fistulis desumpto, ubi commotio toto corpore percipitur; ita tam acuta & concitata fieri potest agitatio, ut Organa sensus nostri longe post se relinquat.

Sonus pro instituto nostro bifariam diuidi potest, ut alter sit uniformis, sive regularis, qui eadem celeritate à principio usq; ad finem reciprocatur: alter inaequalis, seu irregularis, sive confusus.

Prior procedit ex corporibus, in quibus id, quod primario sonum producit certā mensurā continetur, & quasi coēretur, ut nec celerius nec tardius agi possit. Qualia sunt chorda, campane, aër in fistulis &c. Reliqua corpora omnia figura & intensionis inaequalis confusum edunt sonum.

Iterum sonus, (potissimum regularis) alius est acutus, aliud gravis. Acutus, qui summa celeritate reciprocatur: Gravis, qui tardiuscule. Organa sive Instrumenta minoria, sunt motus celerioris, ideoq; acutum sonant: majora vero, motus nempē tardioris tonum grauiorem præstant, sicut etiam sine paria. Aliæ divisiones sive differentie sonituum, utpote, que ex instrumentorum sonantium dispositione ac varietate nascuntur, non sunt hujus loci.

Plurimum sonorum regularium, quorum debita inuicem est proportio, sive similitudo, sive successione sonancium temperatura concatenatur sive Continuum efficit.


## CAPVT II.

### Mensuræ certæ pro sonis emetien- dis, sive Monochordi fabrica.

**S**Onorum rite concordantium suavitate auditus qui-  
dem noster afficitur, concinnitatem tamen eorum,  
atq; certam proportionem ad amissim metiri non  
potest. Ut igitur eorum mensura inquiratur exacta,  
quâ sensus aurium destituitur, aliundè, ex instrumentorum  
videlicet bene sonantium quantitate petenda est. Atqui in-  
ter omnia, quæ sonum edunt uniformem, nullum simplicius,  
dimensionis facilioris occurrit, quam Chorda metallica,  
quantum satis est, debite intensa, cuius prout major minor-  
vè pars pulsatur, grauis acutiusq; sonat; unde partes illæ  
inter se collatæ proportionem hanc difficilem suppeditabunt.

Accipiatur itaq; tabula non adeo crassa longitudine pe-  
dum quatuor circiter, aut curetur cistula longa ejusdem  
mensuræ cujus alteri extremitati verticillus, chordæ inten-  
dendæ gratia, infigatur, tum utrinque ponticulus, (magadie  
vocant) applicetur, vt hoc modo chorda fulciri queat, ne pul-  
sata stridore incondito tabulam subjectam feriat. Fiat quoq;  
tertium chordæ fulcimentum mobile, ejusdem cum reliquis  
(semidigitis circiter) altitudinis, cuius beneficio quevis ner-  
vi portio imposito digito pro libitu sonare possit, ita ne inten-  
sio chordæ compressione aliqua varietur. Deinde per totum

illud spatum inter extrema magadis linea ducatur, que chordae intensa quam proxime subjaceat. Hanc alij aliter, ego in 180. partes aequales secundam judico, cum numerus iste plura diuisiōnum genera recipiat. Numeri quinque vel deinceps partibus adscribi poterunt. Tum corda, siue filum aeneum debitae crastitudinis inducatur, & verticilli beneficio ad justum sonum assequendum tendatur, cui mobilis ponticulus subiectur. Erit ergo instrumenti hunc in modum fabricatitatis fermè figura.



## CAPVT III. Sectio & diuisiō Monochordi numeris proportionata, interalla quævis harmonica sonorum directe aut reductiæ repræsentans.

**E**gimus Pythagoram examinato malorum fabrium pondere Diatessaron, Diapente & Diapason interalla musica inuenisse, unde Tonus siue secundæ perfectæ distantia pariter emergit. Hinc reliqua interalla deducta sunt, quibus licet nonnihil deside-

raretur, superiores tamen actates ijs acquieuerunt. Hac dum examinarem & potissimum rationem Ditoni sue Tertia complete inquirerem, cuius consonantiam harmonicam omnes acceptababent, instrumento ad hoc, ut jam prescripti confecto, cetera omnia fermè veterum documentis respondere sensi, ita nimis ut Octava seu Diapason, dimidium Chordæ obtineret, partes videlicet 180: Diapente sue Quinta duas Tertiæ totius, partium scilicet 120: Diatessaron vel Quarta partes occuparet 135, id est, tres quadrantes. At 120. & 135. proportionem habent ut 8. ad 9. Hac proinde completa Secundæ sive Toni est ratio. Verum Ditonus respectu totius Chordæ, incidit exactè in partem 144. qui numerus ad 180. se habet, sicut 4. ad 5. At si à principio Monocordi 180. duas Secundas proportionis assignatae (scilicet ut 8. ad 9.) continuauerimus, emerget quidem prima partium 160, altera partium  $14\frac{2}{9}$ .

Vide rationem proportionis.

9	—	8	—	180	facit	160
9		8		160	facit	$14\frac{2}{9}$

Hinc acutius sonaret bujusmodi Tertia, quam ratio requirit, atq; mensuram proportionis jam date excederet parte  $1\frac{2}{9}$ . Duplicem itaq; Tonum constituere necesse est: Majorem ut jam posui 8. 9. & Minorem 9. 10. Qua quidem proportiones, junctæ Multiplicationis beneficio, Geometris nota, proportionem componunt 4. 5.

Ecce calculum:

8.	9.
9.	10.
72.	90.
9) 8.	10.
2) 4.	5.

Et hanc quidem Tonorum differentiam priscis incognitam fuisse, ex diuersis Monocordi veterum descriptionibus coniicio: at quod postquam hac a me deprehensa sunt, in Keplerianam Mundi Harmoniam incidi, qui similiter, alia tamen ratione & intentione hoc Secundarum (ut vocant) discriminatuit. Sed nolim intelligas per Majorem & Minorem Secundam, Tonum & Semitonium, quales sunt: re, mai: mi, fa prout veteres apprehenderunt, sed duas perfectas Secundas, quales sunt, vt, re: re, mi. Quod quidem discrimin non sensus quilibet, sed admodum exquisitus dijudicare potest. Porro si Secundam imperfectam (quam Semitonium appellant) mi, fa inquiramus, inuenietur habere rationem vt 15. ad 16. Ut patet ex numero Monocordi nostri supra scripto:

Quarta.	Tertia.
9) <u>135.</u>	144.
15.	16.

Ut etiam Proportionum subtractione, per divisionem, ubi minor Proportio divisoris locum obtinet:

Quarta.

Quarta.      Tertia major.      Semitonium.

$$\frac{3}{4} \qquad \frac{5}{4} \text{ inuersa} \qquad \frac{15}{16}$$

Semiditonus, quem Tertiam minorem nonnulli dicunt, invenitur subtractione Ditoni à Diapente. Et est: 5. 6. vt patet:

Diapente.      Ditonus.      Semiditonus.

$$\frac{2}{3} \qquad \frac{5}{4} \qquad \left| \begin{array}{c} 10 \\ | \quad 5 \\ 12 \end{array} \right. \frac{2}{6}$$

Ex iam dictis patent sequentia.


1. Octava in se continet Quartam & Quintam.
2. Quinta diuiditur in duas Tertias Majorem & Minorem.
3. Quarta ex duobus Tonis Majore scilicet & Minore, atque Semitonio componitur.
4. Tertia vel Ditonus, duabus Tonis constat Majore ac Minore.
5. Semiditonus ex Tono Majore & Semitonio conficitur.

Synopsis Intervallorum præcipuorum.

Octava		Constat proportiones:	1. 2.
Quinta			2. 3.
Quarta			3. 4.
Tertia major, sive Ditonus			4. 5.
Tonus Major			5. 6.
Tonus Minor			8. 9.
Semitonium			9. 10.
			15. 16.

Horum omnium Harmoniam notis Musicis, una cum adscriptis proportionibus, eleganti serie connexam, prout Tubinae exprimunt, benevolus Lector accipiat.

### Proportiones.



### Applicatio ad Monoch.

15. Duodecima.

18. Decima.

20. Nona.

$22\frac{1}{2}$ . Octaua.

60. Sexta.

36. Quinta.

45. Quarta.

60. Tertia.

90. Media.

### Pars Chorda.

Tota Chorda.

Restant proportiones dupla sesquialtera, & superbipartiens Tertias, id est 2.5. & 3.5. Quarum prior componitur ex Dupla & Sesquiquarta, & dat intervalum unus Decima: Altera constat proportionibus 3.4. & 4.5. atque valet Sextam.

Numeri

Numeri 7. & II. locum non habent, sunt enim indiuisibili-  
les, ideoq; raro cum aliis perfectioribus coinciderent, quod ad  
eum Symphonie rationem requiritur. Vnde per hujusmodi  
sonitus discrepantiam nulli alteri se se sat accommodantem,  
omnis Harmonia laceraretur.

## CAPVT IV.

### Quomodo Scala Musicalis Mo- nochordo inscribenda.



Usque plerique instrumentorum intonationem ab F in-  
cipiunt. Verum Organorum modernorum ratio pro-  
fundius fertur, & in C ut plurimum terminatur.  
Accedit, si ab F ordiamur, in Quarta proxima occurrit  
b molle, quod nigris clavibus (Semitonia vocant) annume-  
ratur, atq; sic primo ingressu series harmonica impingit. Na-  
turalissimus etiam tubarum clangor in C fundamentum lo-  
cat. Vnde non incongrue principium Monochordi mei, sive  
Chorda integræ extremitatem constituo C, partium 180. Cu-  
jus Octava C id est dimidium, partes 90. obtinet. Quinta  
G capite proximo determinata est 120. & Quarta F 135.  
Item Tertia E 144.

Restat scrupulus, cum duo genera Tonorum (quos Secun-  
das integras appellant) offerantur, uter eorum inferiorem  
locum jure teneat? Respectu Tertiae 144. res nullius est  
discriminis: at si clavis F, ratio habeatur, siquidem D Semi-

Sit uno binc diffare debet, qui Semitonio E⁹ maiore Tono constat, Semitoniumq; E, F, jam detur, necessario D, E. major Tonus erit; unde C, D. Tonus minor relinquetur, cuius numerus locusq; in Monochordo per proportionum regulam ex basi 180. D. emerget 162. vt vides:

$$\begin{array}{c} 10 \quad \text{---} \quad 9 \quad \text{---} \quad 180. \quad \text{Facit } 162. \text{ D} \\ \text{Rursum ex D. } 162. \text{ secunda major E, colligitur } 144. \text{ Ut bic patet.} \\ 9 \quad \text{---} \quad 8 \quad \text{---} \quad 162. \quad \text{Facit } 144. \end{array}$$

Calculi ratio, quamvis plana sit, libet eam nihilominus propter investigationem reliquarum clavium duabus regulis exhibere.

### 3. Intervalli superioris locum in Monochordo deputare.

Proportionis pro dato Intervallo terminum majorem ponit loco primo, minorem secundo, tertio numerum data Chorda, à qua intervallo queritur. Operari juxta prescriptum regulæ, quam vulgo De tri vocant. Ponitur vero terminus major primo loco, siquidem major Chordæ sectio, id est clavis inferior, hoc in casu nota est. Ut in sequenti oppositum contingit. Exempli jam data sunt.

### 2. Intervalli inferioris numerum inuestigare.

Intervalli dati proportionis terminum majorem loco primo constitue, minorem secundo, tertio terminum datum E⁹ numeris designatum in Monochordo. Exempli causa queritur

tur ab F. 135. Semiditonus inferior D. Est autem Semiditoni (ut supra determinatum) proportio Sesquiquinta 5. 6.

5 ————— 6 ————— 135. Facit 162. D.

His rationibus si utaris, omnibus clavis locum in Mo-  
nochordo facile assignabis.

Igitur si tota Chordæ, quæ est partium 180. tribuatur  
clavis sine litera C. Obtinabit (ut paulò ante) D partes 162  
E. 144. F. 135. G. 120. A. 180. B. utpote Tertia supra G. si-  
ve Quinta super E. 96. Inde c Octava 90. &c.

## CAPVT V.

### Imperfectiones quædani, ex diuersa- rum proportionum collatione harmonica emergentes.

**H**abent proportiones naturali Harmonia conue-  
nientes demonstrati, quæ perfectè inuicem concor-  
dant. At siquidem ex variâ sonorum permissoне,  
cantus constituitur, variegat, cadit sonorum proportio, accura-  
tius examinanti, omniaq; inuicem conferenti patuit, symme-  
triâ banc pulcherrimam non omni prorsus labecula carere.  
Ita nempè constitutum est, ut nihil in his terris ex omnipar-  
te sit beatum. Unde antequam ad Semitoniorum subtilitatem  
me conuertam, necessitas postulat, ut simplicium sonorum ra-  
tio habeatur correctissima. Esto C. G. intervallo distens quin-  
ta perfectæ, G. d. tamen bac perfectione destituetur. Ratio  
est. quod

est, quod Quinta quacuis duos Tonos majores, unum minorem atq; unum Semitonium comprehendat, ut ex superioribus facile liquet; At cum c. d. Secundā minore distent à G, add, computabuntur, unus tantū Tonus major, duog; minores cum Semitonio, atq; sic decrit unum comma, quantum scilicet Tonus major minor q; differunt. Item E. d. distant Tertia majorē imperfecta, Semitonio scilicet E minore Tono, cum major Tonus esse debeat. Hoc vt ipse, Lector, numeres, habe Tabellam hanc propositam.

C.	D.	E.	F.	G.	A.	B.	C.	D.
Tonus minor							Tonus minor	
Tonus major		Semitonium					Semitonium	
	Tonus major			Tonus major			Tonus major	
				Tonus minor			Tonus minor	

Ad Monochordon applicetur. Constituitur D. 162. bus Diapason d. 81. Hinc si Quinta deorsum computetur, emergit 121 $\frac{1}{2}$ . G. At ex ratione superiore computando à C. erat 120.

Item B. seruata superioris proportionis ratione emergebat 96. At si accipitur tanquam Semiditonius infra d. 81. partes obtinet 97 $\frac{1}{2}$ .

Cum proinde verum borum numerorum posueris, in parte altera necessario sit impingendum, moderabitur rem consulemus

tius, ut medium utrobiq; accipiamus, videlicet pro G. I 2 C<sup>3</sup><sub>4</sub>.  
Et pro H. 96<sup>3</sup>. Quod cum dimidiatum duntaxat comma-  
constitutat, discrimine non admodum graui, nec auribus qui-  
busuis judicatu facili, respectu partis utriusq; exorbitabit.

Similes in semitonius nonnullis occurrent scrupuli, quibus  
pari adæquatione opus erit.

Organœdi nostrates, siquidem instrumentorum accor-  
dationes ab F, incipiunt: offenditionem in c. Et e. experiuntur:  
alibi qui inchoarent aliis in locis impingerent. Deniq; quo-  
cung<sub>z</sub> se verterint artifices, næcum istum non effugient. Ast  
ille adbibita correctione commatis tantum dimidij sensum  
fermè effugit.

## CAPVT VI.

### De Semitonii<sup>s</sup> tam vſitatis simpli- cibus, quam conciis.

**N**isi jam patefacta difficultas ex diuersorum sonorum  
collatione nascens nodum insereret, haud operosa-  
foret Semitoniorum quorumvis numerica inquisi-  
tio. Quis enim ignorat b. molle cum t. Diatessa-  
ron constituere, & ab ipso b. per Quintam descendendo c.  
molle quod de Dis ab artificibus, vulgo perperam, appellatur,  
reperi; Item q; f; à D, & g; ab E, item q; e; ab A. Tertia com-  
pleta distare? Vnde si crassa (ut ajunt) Minerua procedere-

mus, facile  $\ddot{\text{y}}\ddot{\text{s}}$  in Monocbordo locum designaremus. Neq; multò intricatior esset minuta concisorum Semitoniorum ratiō. Verum nutante fundamento, reliqua fabrica facile à perpendiculo declinabit. Artificibus scribo: rudiores enim aures discriminata exigua vix apprebendent, illi verò negotio facili medebuntur.

Esto B molle, siue ab F. Quartam, siue à d. Tertiam accipiamus partium  $101\frac{1}{4}$ . (G, tanquam ambiguum meritò præterimus) Si pari modo Semiditonus à C. superiorem exploremus, cuenit Departum 150. cuius Quinta superior B. fiet 100. Quod si viciſſim à B. partium  $101\frac{1}{4}$  ad Quintam descendamus, occurrit D $\ddot{\text{o}}$  partium  $151\frac{7}{8}$ .

Verum euitatis bujusmodi salebris, B corrigendum puto, ut sit partium 100 $\frac{1}{2}$ . At q; cum claves simplices vt cung; justa proportione constitute sint à singulis sursum deorsumq; Semitonias vera, proportionis 15. 16. inquiramus. Ita semitonium inferius, clavis seu voci inferiori Dies in  $\ddot{\text{E}}$  dabit. Superiorius verò uniuscujusq; clavis Semitonium, sonum Secundus sua proxima superioris (nisi ipsum interuallum fuerit mi, fa) emollit. Cuiusmodi vocem Musici adjecta notis literāb; designare solent. Porro E  $\ddot{\text{E}}$   $\ddot{\text{G}}$   $\ddot{\text{C}}$  ex Ditono inferiore deducta sunt. Hac ratione inuenta Semitonias ritè ordine clavium organicarum disposita, additis Monocbordi numeris (ut ei res  $\ddot{\text{E}}$  inscribantur) subijsere placuit. Atq; bac quidem omisſis scrupulis

*scrupulis exquisitioribus. Si quis rationem magis exactam construere potuerit, mibi omnibusq; Musicis, operam gratam atq; perutilem collocabit.*

C*	D <sub>b</sub>	D*	E <sub>b</sub>	E*	F*	G <sub>b</sub>	G*	A <sub>b</sub>	A*	B	C
172 <sup>4</sup>	168 <sup>4</sup>	153 <sup>3</sup>	151	138 <sup>4</sup>	129	126 <sup>1</sup> <sub>2</sub>	115 <sup>1</sup> <sub>2</sub>	113 <sup>1</sup> <sub>2</sub>	103	100 <sup>1</sup> <sub>2</sub>	92 <sup>1</sup> <sub>2</sub>
C <sub>5</sub>	D <sub>5</sub>	E <sub>5</sub>	F <sub>5</sub>	G <sub>5</sub>	A <sub>5</sub>	B <sub>5</sub>	C <sub>5</sub>	D <sub>5</sub>	E <sub>5</sub>	F <sub>5</sub>	G <sub>5</sub>
180	162	151	144	135	129	126 <sup>1</sup> <sub>2</sub>	115 <sup>1</sup> <sub>2</sub>	113 <sup>1</sup> <sub>2</sub>	103	100 <sup>1</sup> <sub>2</sub>	92 <sup>1</sup> <sub>2</sub>

*Veniet aliquis Instrumentistarum rudiorum, qui subtilitates istas superuacaneas arbitrabitur, cum superioratem tempora semitonii quinq; solummodo scilicet c. d. f. g. b. quæ certas ob rationes C\* E<sub>b</sub> F\* G\* à me notata sunt, conten-tissimi fuerint. Verum, nunc transpositionum varietas à non nullis introducta, vel vt voci humanae aliquid cederetur, vel vt artis industria in ostentationem veniret, plura requirit Semitonia, quibus efficitur, ut ex quauis clavi, imò Semitono, omnis Cantus tanquam à sede propria possit incipere & deduci.*

*Exempli causa, Cantus iste:*




*C 3*


*Ex*

**Ex C. in h.**

## **Ad Secundam inferiorem transponatur.**



**Iterum fiat transpositio in Tertiam  
completam.**



*Perperam zytetur quispiam hic  
vulgatis semitonis, quod examinanti  
Tonos & Semitonia singula innote-  
scet.*

Hinc benignus Lector judicet tantum  
tame esse bujus Theoriae certitudinem,  
ut etiam sonorum non auditorum cer-  
tam quamlibet proportionem & har-  
moniam, tum etiam defectus minimos  
judice oculo & ratione, exactissime  
mediocriter peritus, judicare possit.

Numeros ut supra clavis assignatos, in linea Monochordi inquirito, ysq; inventis, & linearibus transversim notatis, literas aut characteres Clavium atq; Semitoniorum è regione numerorum inscribito.

*Figura absoluta divisionis Monochordi, quantum hisce typis exprimi potest.*

## CAPVT

# CAPVT VII.

## Vnde Soni concordantes

delectant?

**S**plauitate Harmonica delectamur, non ex Charaktere quodam numericō, (ut nonnulli volunt) diuinus nobis impresso, cuius similitudine sensibus percepta, animus excitetur aut pascatur. Cur enim in re sensibili, rationem ab omni sensu corporeo remotam, quasi in solo animo latentem querimus? Credant id, qui Platoniciorum placitis adherentes, omnium scientiarum farraginem numeris interius consignatam secum nascentes adferunt, & non nisi recordando discunt. Sed neq; fides adhibenda illis, qui in auditus titillatione quadam delectationem ponunt. Possent hoc sonitus quiuis uniformes, siue harmonicè temperati, siue non, si motus quidam, siue sonus debito modo ad hujusmodi voluptatem intensus id efficeret. Delectant sonitus acuti & graues, intensi & remissi, dummodo proportione debita concordent. Quod si desit ijs justa commensuratio, quocunq; modo intendas aut remittas, nihil dulcedinis assequere. Vnde constat solam proportionatam correspondentiam reciprocationum, quibus sonitus constat, delectationis causam esse. Multarum rerum experimento constat, unamquamq; rem eleganti aequabilitate citra excessum sensui praesentatam, eum voluptate quadam afficere. Si diuersae res hujusmodi, difformitate quadam quasi pugnantes, proportione quadam

quadam mutuo sibi correspondent varietas nascitur, que  
(ut notum omnibus) amplius delectat.

Exemplo sunt: Color unusquisq; purus, oculis intuitum  
gratum prabet, at plures pulchre dispositi magis arrident. I-  
mō rei cuiusvis elegantis ordinata constitutio, sensus in suauit-  
atem trahit. Militare tympanum, si (ut nunc moris est) ser-  
vata dupla, quadrupla, & octupla proportione pulsetur, au-  
dientis animum alacritate quadam excitat, non alia ratio-  
ne, quam seruata proportionis. Altoquin nihil aliud esset,  
quam inconditus quidam strepitus, vel frager. Nunc ad rem  
redeamus. Sonitum constare ictibus celerrime hinc inde re-  
currentibus, vicinag; pari tremore affidentibus, quos re-  
ciprocationes & vibrationes dixi, manifestum est. Quod si  
duo plures sūe soni aquabiles, proportionatā celeritate feran-  
tur, Harmoniam suauem efficiunt. At sonorum commensu-  
rationem superioribus capitibus demonstravi. Mirum radio-  
ribus videri potest, quod Sonus, qui Auditus objectum tan-  
tummodo est, quantitate certa mensura describi, & ad amuf-  
sim oculis, visusq; judicio presentari queat. At facile peritus  
apprehendit, si sonus est quedam agitatio (qualem descripti)  
à corpore crebrō reciprocato nascens, talem inde necessariō  
prodire sonum, ad quem reciprocationem ipsum corpus so-  
nans est dispositum. Atq; sic Chorda fortiter intensa, vebe-  
mentiores atq; celeriores facit repercussiones, unde sonus a-  
cutior; longior nervus, tardior motus, ob majorem termino-  
rum motus distantiam, breuior celeriores ob viē breuitatem.  
Vnde infallibiliter concluditur: Duarum Chordarum aqua-  
lium

lum, equaliter tenuarum ejusdem aut diversae longitudinibus  
qualis est proportio, talis etiam sonarum, si percuties fuerint,  
erit ratio.

Ita eadem data duarum longitudine, reciprocatio est e-  
jusdem celeritatis, & dicitur b' nisonus. Si altera Chorda-  
rum duplo longior, duplo celerius mouebitur altera, & sonat  
Diapason, quod est quidam 7 dentisonus, cum ad alios nos  
quosvis iactus vibrationes coincidant. Ut inferius sublitera &  
demonstrabitur.

Notandum verò, Proportiones auditui suaves, non con-  
stare numeris magnis, quibus computandis animus occupe-  
tur, sed exiguis, ut mox ad primum sensum discernantur.  
Quod delectat, discors Sonorum sive collisionum concordia,  
est aut concors discordantia. Dum enim Secunda, Tertia  
aut Quarta, reciprocatione quasi pugnant, & exorbitant,  
mox coincidunt, iteratq; quasi pugnâ quadam uniformi  
collidunt.

Hac peculiari modo placet oculis subiçere, ita ut per li-  
neolas certa serie continuatas sonorum reciprocationes intel-  
ligantur. Vnde bini sive terni ordines, longioribus linearum  
ductibus discrete, prefatas certa ratione conincidentes & e-  
vagantes, varias Musica Harmonias demonstrant. Accep-  
tienda verò sunt figurae, quasi motus fiat per earum lon-  
gitudinem, & in lineolis transuersis, allisiones fiant trans-  
eundo, quarum equabilis continuatione sonus constituatur,  
exemplo fidium, in quibus ductu arcus, atq; setarum ejus cum  
Chorda collisione, sonus fingitur. Atq; notandum etiam ad

tonum uniformem recte percipiendum, atq; sensui imprimentum non sufficere. paucas hujusmodi reciprocationes (quam citò enim euaneferent!) sed quamplurimas, ubi vel centenarius numerus non admodum magni est momenti, praesertim in acutioribus.

Si reciprocationes tremula ita fiant proportionante, ut ad tertium quemvis ictum coincidant, fiet consonantia, quam Quintam vulgus Musicorum vocat. Vide B.

Si ad Quartam acutioris soni concussionem, dum inter eas grauior ter reciprocatur, consonant fit Diateffaron, ut sub litera C.


Si ad quintum ictum concurrant soni diuersi, formatur Tertia major. Quod litera D. demonstrat.

Si ad sextum Tertia minor, id est Semiditonius. Lit. E.

Si ad nonum vel decimum, Secunda fit, quae ob nimis raram coincidentiam, ingratum quiddam sonat. Sitamen inter perfectas concordantias per saltus quasi emicat, Et alias distractiones parit, gratiam non insuauem habet. Si quidem rationibus numericis, quibus diuersas harmonias perfecte respicit, non desistitur. Vide F.

Vbi etiam ad oculum patet, cur ad perfectam Tertiam constituantur, in aliis proportionibus opus sit, scilicet 8. 9. Et 9. 10. atq; inde Secundarum perfectarum manifesta est diuersitas.

A.




B.




C.



D.



E.



F.




Ex his omnibus patet id, quod Symponiaci docent, concordare perfectissime Octauas, tum Quintas, &c. Quod nemirum proximis quibusq; ictibus concurrant ut A. B. Quo rarius conueniunt, magis à perfectione recessant, ut reliqua ordine figura demonstrant.

D 2

Ex se-

*Ex sonis diuersarum convenientium proportionum nascuntur Concordantiae (ut vocant) quarum aliae sunt perfectiores, aliae imperfectiores.*

*Perfectiores ponunt inferiore loco, Secundam maiorem, Superiore minorem.*



*Imperfectior è diuerto inferiore loco Semiditonum, altiorē Ditonium collacat. Ut hic apparet.*

*Consonantiae imperfectioris typus.*



## CAPVT VIII.

### De Cantu atq; Tonorum ratione ac elegantia in genere.

*T in variegatis & vermiculatis operibus, picturis atq; scripturis, majoris concinnitatis ergo, & ad confusionem uitandam, principalioribus magis conspicuis lincamentis, area prius distinguitur, cum*

sum demum bis varia minores coelioꝝ. prosculis & similia pa-  
rerga annexuntur: ita & in Canto Musico, ex scala sono-  
rum supradicta ratione dispositorum concordantia (ut appet-  
bant) siue ea perfecta sit, siue imperfecta, Harmonie conuen-  
iens felicitur, que velut basis est uniuersi concentus, circa  
quam reliqui sonitus sursum deorsumq; mira & concinnatate  
vagantur, suaq; collusione jucundam harmoniam ga-  
gnunt, atq; tandem in Concordantia sue principali basiter-  
minantur. Quod si ea imperfecta fuerit, in perfectam ope-  
semitoniorum in fine transit. Quod idem seruatur in penulti-  
ma, cum finalis quedam sit indirecta seu secundaria. & cum  
fine naturalem habeat coherentiam. Et cum Cantis alius u-  
nius duntaxat vocis sit, aliis constet pluribus, ut ergo con-  
cordantia principali sic inniti debet, in omnibus singulisq; vo-  
cibus, ut ubiq; & quam frequentissime ille ad eam recur-  
rant, atq; recte consonent, tam inter se, quam cum uniuerso  
systemate comparate. Omnis quoq; sonus, qui concinnus Can-  
tum ingreditur, cum concordantiae fundamentalis sono alti-  
quo ( quorum tres in Octaua qualibet) vel per se, vel per  
Octauam aliquo modo concordare debet, nisi generalis ali-  
cuicadentia ratio Tonum aliquem in Semitonium trans-  
formet.

Ex principali Concordantie posituratio quoq; Toni suis  
Modi constat. Quorum omnium natura maximè conueniens,  
& principalis est, qui iuxta diuisionem meam à C. incipit,  
quem tuba, aliq; nonnulla instrumenta, licet simplicis & u-  
niformis fabrica sint, solo spiritu aut concussione leviter va-  
riata, per omnes suos concordantes sonos exprimunt.

Reliqui in alijs quidem gradibus scala Musica consistunt,  
per totam tamen variantur. In quibus quidem ambagibus  
persa pe Cantus ex gradu in quo fundatur, assumptis subinde  
Semitonius extra ordinariis, aliam aliamq; naturam induit,  
sibig aliquātis per dissimilis effectus, mox ad suā formā redit.

In nomine E<sup>3</sup> numero Tonorum nondum inter Sym-  
phoniacos conuenit, neq; intentionis meæ est Musicen comple-  
tam describere. Ejus duntaxat rationes E<sup>3</sup> causas natura-  
les peruestigare atq; demonstrare placuit. Quia in re veri-  
tatis ingenuo indagatori me satisfecisse spero. Nisi quis ita  
tanta Semitoniorum præcipue, varietate præcisionem absolu-  
tissimam desideret, quam ob Tonorum inæqualem proportio-  
nem atq; variam combinationem, superius demonstratam  
impossibilem nunc judico. Si cui nonnulla corrigenda viden-  
tur, faciat rogo, E<sup>3</sup> palmamei, pro laboris ratione, non inui-  
sus concedam. His interea nunc à me erutis Musice Har-  
monia modulū laudetur Deus, Author omnium  
operum mirabilium, super omnia  
benedictus.

